

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue  
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatis, eorumque  
Ministerijs - In septem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1629**

§. I. Virtutes & Mysteria per Amictum significata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)

quæ magna mysteria in se continerent; ut sic intelligerent, ad opus a deo heroicum non latius esse vitam ordinariam: sed opus esse induere animam illis operibus & affectibus, quos vestes illæ Sacrae referebant. Et S. Hieronymus ait: debere Sacerdotes mundâ conscientiâ, & virtutum vestibus ornatâ, Domini Sacraenta tractare. Et quamvis communes & ordinariæ vestes esse debeant decentes, quia eorum vita omni tempore & loco debet esse Sancta, & quæ alios edificet: at Sacrae magis mysticæ esse debent; multò enim maiorem Sanctitatem præferre debent, cum Sacrificium Missæ offerunt: in quo collecta quodammodo est omnis perfectio doctrinæ, vitæque Euangelicæ; & excellentia passionis, ac mortis nostri Salvatoris: quæ mirificè est delineata ac depicta in sex Sacerdotalibus vestibus, quas appellamus: A M I C T V M, A L B A M, C I N G V L V M, M A N I P V L V M, S T O L A M, E T C A S V L A M; & in verbis, quæ dicuntur cum singula induuntur, quibus exprimitur, petiturque à Deo Domino nostro virtus, quam significant. Quod totum esse potest argumentum considerationis & orationis per singulos hebdomadæ dies. Cogitando scilicet uno die mysteria vnius vestis, & altero alterius; & in singulis perpendendo virtutem animæ, quam significant; & mysterium C H R I S T I Domini, quod referunt; & exemplum, quod nobis præbuit imitandum. Et studeamus (ut ait S. Hieronymus) exequi, quod suader Apostolus, cum dicit: ut b induamus viscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, c expoliante nos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, qui est I E S V S C H R I S T V S Dominus noster; & exellas eius virtutes, concipientes confusionem & pudorem, quod tali ueste extuti simus, iuxta dictum Innocentij Papæ: attendat Sacerdos studiosè, vt signum sine significato non ferat; & uestem sine virtute non portet: led ore Deum, vt ea ueste ipsum exornet, vt paulatim explicabitur.

§. I. Virtutes & mysteria per Amictum significata.

P RIMA VESTIS Sacra A M I C T V S, quo Sacerdos primum operit caput suum & humeros; postea ex capite illum demittit, ut uestis suæ collum tegat, dicens: Impone Domine capiti meo galeam salutis ad expugnandos Diabolicos incursus. Ex quo constat per Amictum significari virtutem spei & fiduciae in Deum: de qua S. Apostolus: a induamus loricanam fidem, & charitatem, & galeam spem salutis. Quæ virtus triplici nomine est Sacerdotibus valde necessaria. Primum est, ad resistendū incurribus & tentationibus Dæmonū: qui tunc accedit ad fructū Sacrificij impediendū. Huiusmodi enim Dei & nostri hostes, cum experiantur magna damna &

iactu-

In tab. 4.  
Ezechielis.

b Colos. 3.  
12.9.

c Rom.

Lib. de My-  
sterio Missæ.  
1.64.

a 1. Thes. 5.  
8.  
Ephef. 6.17

facturam, quam accipiunt ex Missa benè peracta, & attente auditā: unde offerunt tentationes, ad nos turbando: tam per imaginationem & appetitū internos; quām per eas res & imagines, quā per externos, sensus percipiuntur: et quē necessarium, magna attentione & vigilantia eis resistere. Sed quoniam vires nostrae valde sunt breues, ac debiles: fiducia in Deum las anget & victoriam obtinet. Ac propterea significatur per galeam, quā protegit caput: in quo præcipui sunt hominis sensus. Sagittæ enim Sæcūlæ rectæ tendunt ad lædendā ac destruendā partē magis principaliē, sicut scilicet, & rationem. Ac propterea dixit Ieremias: b[ea]tū factis sum hostiis capite: quia cōperunt ipsum spiritum; & corruerunt intentionem, quā caput est & principium operis. Deinde spei virtus est necessaria in Missa: quia Sacerdotes surguntur officio mediatorum inter Deum & hominem, intercedunt enim, & orant pro eis: ei que proponunt necessitates omnium: ad cuius orationis maiorem vim & efficacitatem plurimum res fiducia, cui orationis impetratio innititur: ac propterea David vnde que coniunxit, cūm dixit, c[on]sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in Diuino. Sacrificium enim ex parte hominis offerentis, eo efficacius quod querit obtinebit: quod maiori Diuinæ misericordiae fiducia illud obtrahit. Est quoque hæc fiducia necessaria ad temperandam pusillanimitatem, quam adfert timor & reverentia Majestatis Dei, Sacrificio huic afflitionis. Non enim parvo sed magno opus est corde ad opus, adeo que quando facinus aggrediendum in conspectu ipsius Domini, coram quo tremunt potestates cœlestes, & spiritus Angelici contremiscunt.

2

Sed quoniam spes ita Diuinæ Misericordiae innititur, vt nostris obsequiis exhibitis valde confortetur: hinc est, quod Amictus ponatur super humeros, ad significandam (vt ait Hugo de S. Victore) fortitudinem bonorum operum, quibus debet Sacerdos se munire, vt spes eius sit firma & possit citius obtainere, quod intendit. Experiencia enim docet nostra tanta crescere fiduciam: ac propterea S. Ioannes dixit: si cor nostrum non prehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: Et quid quid petierimus, accipimus ab eo.

<sup>3</sup>  
In apofit.  
Myster.  
Missa.  
Innocentius  
sup.  
c. 1. Cor. 11. 9.

Sed aliquid adhuc excelsius significat AMICVS, vt solidus fulmentum nostræ fiducie præbeat: nam (vt S. Bonaventura ait) referat psalmum Christi Domini nostri humanitatem, cuius e caput, ait Apostolus, est Diuinitatem, quæ illam cooperit, sicut Amictus tegit caput Sacerdotis. Non enim potuissent oculi nostri infinitum huius Solis Iustitie splendorem spicere: nisi eius carnis nube operiretur. Qui tamen Amictus statim excipit ad humeros divittitur: quia ita Deus occultat se in Christo, vt fides locum habeat, & tamen non desinat se admirandis suis operibus ostendere manifestare: quæ ad eum sufficiens dederent suæ Diuinitatis testimoniam.

Lib. 2. de Sacram. p. 4.  
d. 1. Ioh. 2. 21

c. Psal. 4. 6.

b Threm. 1. 5

S. Greg. li. 1.

Moral. c. 29

ipse dixerit: *f* opera ipsa, quae ego facio, *i* est monū perhibent de me; quia Pater misit me; & g si mihi non vultis credere, operibus credite. Nec alienum est, quod vna eademq; res vittutem significet confidentia, & Saluatoris humanitatē: illa enim spes nostra, & omne nostrum solarium ac remedium ab ea prouenit. Quare cū Sacerdos *Amitū* accipiens, illum osculatur, & capiti suo imponit: cogitare debet, se amoris osculo Sacratissimam Christi humanitatem tangere, & capiti suo tanquam rem sibi charissimam imponere, ut ea se protegat, ac tueatur: Memor illius Davidis ad Deum lenititiae: *h* Domine virtus salutis mea, obumbrasti caput meum in die belli: quia eā me protexisti.

**A**LTI DOCTORES dicunt: Amitū significare *velum* illud quo Iudei velarunt faciem Christi in domo Caiphæ; & colaphis eum cadentes dicebant: *k* Propheta nobis Christe quis est qui te percussū? Cū enim hoc Sacrificium sit memoria Passionis eius: ideo vestes, quibus illud celebratur, signa sunt earum, quibus hostes eius eum in Passionē induerunt: quas meritō debemus venerari, & super nostra capita imponere, ac de eis eiusque iguominijs & cruce gloriari. Obiter etiam monentur Sacerdotes, à momento quo Amitū sibi imponunt, debere se maximam quam possint modestiam oculorum seruare: cū ē Sacrificia exeunt, & redeunt ad eam; & multò adhuc maiorem, quandiu sunt apud ipsum Altare, vt eos semper demissos habeant neque huc illucue conuertant: nisi quantum necesse est, vt videant quod faciunt, nec aliud quicquam aspiciant. Ne eis euenniat, quod Ieremias conqueritur, dicens: *l* oculus meus deprudatus est animam meam; & m morte ascendit per fenestras, quae subtrahit attentionem ac devotionem cordis.

§ II. Virtutes quas Alba & Cingulum  
significant.

**A**LB A, quæ vestis est linea, tegi: que totum Sacerdotis corpus usque ad pedes, repræsentat vitæ innocentiam, & cordis puritatem, quæ complectitur sanctitatem perfectam, & constantem: vt insinuant verba, quæ dicit Sacerdos, cum illam induit; *Dealba me Domine, & mundabor meum, ut in sanguine Agni dealbatus, gaudiis præfruar sempiternis.* Optanda omnino est in Sacerdotibus omnibus innocentia, quæ careat culpis, ita ut ab eis abstineant, & se præseruant. Cū tamen haec adeo sit rara, seruare saltē debent, eam mundiciem, quæ ex eo procedit, quod statim se purifcent ab eis, in quas labi contingit: ita ut nulla, studiū in corde remaneat, non solum aliqua magna, sed neque parua; sed quemadmodum Alba tegit totum corpus: ita iustitia & sanctitas totum exornet spiritum, vt de Sacerdotibus dici possit, quod de antiquis Nazarais: a candidores Nazarai eius uine, nitidiores latte, rubicundiores et re antiquo, Saphyro

*f* Ioan. 5. 36.  
*g* cap. 10. 33.

*h* Psal. 139. 8

<sup>4</sup>  
*Gabriel Le.*  
*Eto. ii. in*  
*Canonem.*  
*i Matt. 14.*  
*65.*  
*k Matt. 26.*  
*58.*

*l* Thre. 3. 51  
*m Iere. 9. 21.*

*2 Thre. 4. 7.*